



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Cap. 74.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Ani sole vo-  
catur mona-  
steriū in quod  
detrusus.

Caput 72.  
Greg. 5. c. 8. 13.  
Aimoin. 3. c. 16

quentem Turonos transmisit. Rocolenus ab infirmitate vexatus nihil ibidem præualuit.

**E**O tempore Sanctus Germanus Parisiorum Episcopus transijt. Chilpericus filium suum Chlodoueam Turonos transmisit, qui & ultra Ligèrem ciuitates Childeberti inuaderet. Mummolus Patricius Guntramni contra Chlodoueam & Desiderium ducem Chilperici bellum gessit, eosq; superauit. Cæsa Mummoli exercitu quinq; millia, à Desiderio vero xx. millia.

Cap. 73.  
o al tantum ex  
e. r. s. quoque  
quinq; millia.  
Longe aliter  
Greg. 5. c. 15.

**I**nter Syueuos & Saxones bellum surrexit. Cæsi sunt à Saxonibus XX. millia: & sex millia tamen ex eis remanserunt. Syueuorum quoq; sex millia CCCCXXV IIII. prostrati sunt. reliqui verò victoriam obtinuerunt. Saxones deuouerunt, vt nec pilum nec barbam incidere, priusquam hanc iniuriam vincerentur. sed mentita est eorum iracundia.

Cap 74.  
Greg. 5. c. 16.  
18. Aim. 3. c. 20  
24. 26.

**B**ritannus Magliuus & Bodecus illo tempore Comites erant, amicitiam cum sacramentis inuicem ineuntes. Mortuo Bodico Magliuus filium eius nomine Theudericum de regno expulit. Sed tandem resumptis viribus Theudericus Magliuum cum filio Iacob interfecit, regnumq; patris recepit. VVarochus Magliui filius in patris locum rex efficitur. Guntramnus rex duos Magnacharij filios gladio interemit, instigante Austri-childe regina, facultates eorum silco redegit. Filij Guntramni duo continuo mortui sunt.

sunt.

Gun